

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5017

Auteur(s) : Innocent II [pape]

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1140, 18 février

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Innocent [II], à la demande du roi Louis [VII] de France, prend le monastère de La Trinité de Fécamp sous sa protection et confirme les biens et les privilèges dudit monastère (Bulle rédigée d'après une bulle de Calixte II. Voir RAMACKERS, p. 69).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 13, p. 69-70.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^{ed.}, Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 8077, t. 1, p. 893.

Texte établi d'après a

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis suis priori et fratribus Fiscannensis monasterii tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Licet ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros communiter honorare ac diligere debeamus et ecclesiis sibi commissis suam iustitiam conseruare, illis tamen propensiori cura nos conuenit prouidere, qui beato Petro specialiori praerogatiua noscuntur peculiariter adhaerere. Fiscannense siquidem sanctae Trinitatis monasterium utpote in religione fundatum a longis retro temporibus nobile extitit et famosum nec alicui nisi tantum pontifici Romano subiectum. Pro quibus omnibus locum ipsum ampliori gratia et beneuolentia dignum fore censemus et familiariter sub pio apostolicae sedis gremio uolumus confouere. Accidit ad hoc, quod karissimus filius noster Lodoicus illustris et gloriosus Francorum rex pro eodem uenerabili loco apostolicae sedis clementiam suppliciter exorauit ipsumque apud nos plurimum commendauit. Ipsius itaque precibus inclinati praefatum monasterium, in quo nimirum, dilecti in domino filii, diuino uacatis seruitio, quod etiam cum suis omnibus appendiciis ad ius et proprietatem apostolicae sedis pertinet, ad exemplum praedecessoris nostri sanctae memoriae papae Calixti sub apostolorum principis ac nostra tutela suscipimus et cum omnibus suis pertinentiis praesentis scripti patrocinio comunimus. Statuentes, ut quaecumque praedia etc. Obeunte uero eiusdem loci abbate nullus ibi in abbatem qualibet ... episcopum Romani pontificis licentia et mandato benedicendus accedat. ... Amen. Amen. Amen.

R. Ego Innocentius catholicae ecclesiae episcopus ss. BV.

† Ego Theodeuinus sanctae Rufinae episcopus ss.

† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Gerardus presb. card. tit. sanctae Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Lucas presb. card. tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.

† Ego Iuo presb. card. tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.

† Ego Grisogonus presb. card. tit. sanctae Praxedis ss.

† Ego Gregorius diac. card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

† Ego Otto diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Goizo sanctae Romanae ecclesiae diac. card. ss.

Dat. Lateran. per manum Aimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii XII kal. martii, indictione III, incarnationis dominicae anno M^o.C^o.XXX.VIII, pontificatus uero domini Innocentii papae secundi anno undecimo.